

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia**

**Jacobus <Genua, Erzbischof>**

**[Lyon], 20. Juli 1486**

De sancto Longino xlvii

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

# De sancto

# Longino

vsq; hodie obseruat. Narrat iohannes dyaconus qui vitam beati gregory copilauit: q; dum vitam eius describeret et copilaret. quidam vir sacerdotaliter insignitus ei dormienti. et ad lanternam ut sibi videbat scribenti astitit. Cui desuper candidissima et adeo tenuissima vestis erat: vt ei raritate nigredo sub terrioris tunice appareret. hic pprius accessit. et inflatis buccis risum continere non potuit. Cuius iohannes eum interrogaret cur vir grauioris officij sic dissolute rideret ait: Quia tu scribis de mortuis quos viuentes nunq; vidisti. Cui iohannes Et si illum non nouerim facie: tamen de illo scribo que didici lectione. At ille. Tu inquit vt video sicut voluisti fecisti: et ego q; facere potero non cessabo. Moxq; illi lumē laterne extinxit: et adeo ipm pterruit. vt vehemēter exclamans putaret se ab illo gladio iugulatum. Moxq; gregorius affuit: comitate secū dextro: suus beato nicolao: sinistro: sum vero petro dyacono: cuius dixit. Mōdice fidei quare dubitasti? Cuius post cortinā lecti aduersarius latitaret gregorius ex manu petri dyaconi magnā faciem quā tenere videbat arripēs eiusq; flammis os faciēq; ipius aduersarij exurēs ad istar etbiopis denigravit. Quēdā autē santilla paruissima cadēs in eius vestem candidā ipsam dicto citius cōflagrauit: et sic nigerrim⁹ totus apparuit. Dixitq; petrus beato gregorio. Satis denigrauimus eū. Cui gregorius. Nos illum non denigrauimus: sed nigrum fuisse monstrauius. Sicq; ibidem multo relicto lumine abierunt.

## De sancto longino xlvii A



**L**onginus fuit quidam centurio qui cum alijs militibus cruci dñi astans iussu pylati latus domini lancea perforauit: et videns signa que fiebant solem. sed obscuratū: et terremotus in christū credidit: maxime ex eo vt quidam dicunt q; cum ex infirmitate vel senectute eius oculi caligassent. de sanguine xpi per lanceam decurrente fortuitu oculos suos tetigit: et protinus clare vidit. Unde renuntiās milicie: et ab apostolis instructus in cesaria capadocie vigintiocto annis monasticā vitam duxit: et verbo et exemplo ad fides multos conuertit. Cū autē a pefide tentus fuisset et sacrificare nollet: iussit pefes omnes dentes eius excuti: et linguam abscidi. Longinus tamē ex hoc loquelam non pdidit: sed accepta securi omnia ydola cōminuit et fregit dicens. Si dii sunt videbimus. Demones autē de ydolis exeuntes in pefides et in omēs socios eius intrauerūt: et insaniētes et latrātes se longini pedib⁹ pstrauerūt. Et ait longinus demonib⁹. Cur habitatis in ydolis? Qui respōderunt. Ubi nō noiatur xps: et eius signū non est positum: ibi est habitatio nostra. Cū ergo pefes infanret et oculos amisisset. dixit ei longinus. Scito q; sanari nō poteris nisi quando me occideris: q; cito em̄ a te mortuus fuero: pre orabo: et sanitatē tibi corporis et anime ipetrabo. Et statim eū decollari iussit. Post hoc abiit ad corp⁹ eius: et pstratus euz lacrimis penitentiā egit: et cōtinuo visum et sanitatem recepit: et in bonis operibus vitam finiuit.

## De sancto benedicto xlviii A



g iij